Mutanda fila nuper
Curo, lyrámque totam:
Et Herculis labores
Mox ordior: sed illa
Sonans refert Amores.
Magni valete posthac
Heroes ergo nobis:
Nam barbiti iocosæ
Solos canunt Amores.

Suprà, pag. 115, Tauro ferire, &c.

Cornu duplex iuuencis
Natura, & vngulas dat
Firmas equis, pedésque
Lepusculis fugaces,
Leonibúsque dentes
Vasto truces hiatu:
Vim piscibus natandi,
Volucribus volandi,
Audaciam viris: nec
Iam fœminis valebat.
Quid his dat ergo? Formam,
Pro parmulis & illam

Dat, omnibúsque telis.
Sic vincit ergo ferrum
Puella, vincit ignem.

Ibidem, Nuper silente nocte, &c.

Media silente nocte,
Vbi prona vertitur iam
Helice ad manum Bootæ,
Domitum & labore duro
Hominum genus quiescit:
Puer appetit, meásque
Pepulit fores Cupido.
Ego verò mox, quis, inquam,
Mihi nunc fores lacessit?
Mea visa dissipabis.
Aperi, inquit ille, noli
(Quia sum puer) timere.
Madefio totus imbre,
Vagus erro nocte opaca.
Ita quum foret loquutus,
Miserescimus, parata
Aperimus & lucerna.
Puerum quidem ferentem
Video pharetram & arcum,
Video ferentem & alas.
Statuo repentè ad ignem.
Ibi verò quum sederet,
Manibus manus fouebam
Pueri, quoad tepescant.
Madidis comis & imbrem
Gelidum leuè exprimebam.
Mora nulla, quum teperet,
Vitiatur hic mihi arcus,
Libet, inquit, experiri:
Madet imbre nanque neruus.
Citus ergo tendit, hepar
Mihi figit & quasi œstrum.

Resilítque cum cachinno.
Simul inquit, hospes euge,
Animo bono esto mecum.
Mihi nanque saluus arcus,
Tibi verò cor dolebit.

Suprà, pag. 119, Teneris supérq. &c.

Super hac virente loto
Recubans, supérque myrto
Tenera, bibam lubenter.
Agedum Cupido vestem
Humeros supra reuinctus,
Mihi poculum ministret.
Cita nanque currit ætas,
Rota ceu voluta currus.
Iacebimúsque puluis
Leuis, ossibus solutis.
Lapidi quid addis vnguen?
Quid humi rosas profundis?
Liquido velim capillos
Potius frices odore
Mihi, dum fruiscor æuo:
Roseam pares coronam,
Simul & voces amicam.
Siquidem, Cupido, nobis
Libet, antequam choreas
Acherusias petamus,
Ita dissipare curas.

Suprà, pag. 121, Rosã amorib. &c.

Rosam amoribus dicatam,
Age misceamus ipsam
Semeleio bibentes.
Foliis rosa decoris
Caput vndique impediti,
Age mollè rideamus.
Rosa singularis ô flos,
Rosa prima cura veris,

Rosa vel deûm voluptas.
Rosca puer Cytheres
Caput implicat corolla,
Charitum vt choros frequentet.
Age verò me corolla,
Fidibus canam sonoris
Adytis tuis Lyæe.
Lepidáque cum puella
Roseis nitens corollis,
Pedibus solum laceſſam.

Suprà, ibid. Roseis comas co. &c.

Roseis quidem coronis
Caput vndique impediti,
Hilarescimus bibentes.
Speciosa verò thyrsos
Strepitantibus flagellis
Hederæ ferens sonantes,
Pede prompta delicato
Choreas puella plaudit,
Cithara canente dulci.
Puer at coma decorus
Fidibus, canore blando,
Liquidam suauè spirans
Sociat subinde vocem.
Amor aureo capillo,
Etiam decens Lyæus,
Etiam decens Cythere,
Senibus quidem expetitum
Properant videre Comum.

Suprà, pag. 123. Hyacinthino bac.

Sequar vt citato euntem
Pede se iubet Cupido,
Hyacinthináque virga
Rigidus premit morantem.
Rapidas sequor per vndas
Nemora inter atque valles.

Miserum at momordit hydrus.
Mihi verò cor sub ipsas
Saliebat vsque nares:
Subitò & miser perissem:
Sed amor tum vtraque molli
Quatiens caput mihi ala,
Cruciaris, inquit, amens,
Quia non vales amare.

Suprà, pag. 115, Amabilis colũba.

Amabilis columba
Dic, vnde quæso prodis?
Dic, aerem serenum
Penna secans volucri,
Spiras tot vnde tandem
Et irrigas odores?
Quis est? rei quid autem?
Anacreon herus me
Emisit ad Bathyllum.
Nunc cuncta possidentem
Vnum, omniúmque regem.
Nuper breui Cythere
Me mancipauit hymno:
Iam verò Anacreonti
Ego hactenus ministro,
Quosdámque codicillos
En ipsius fero nunc:
Ob ídque liberam me
Dicit breui futuram.
Verùm licet manu me
Mittat senex, ego illi
Seruire semper opto.
Quid attinet volare
Vel montibus vel agris,
Et arbori insidere
Agreste nescio quid,
Siquid modò, esitantem?

Nunc verò pane vescor.
Quem de manu reuello
Rapax Anacreontis.
Quod verò potat ille
Merum, mihi dat vltró.
At ipsa pota salto,
Herúmque Anacreontem
Alis obumbro passis.
Quiesco verò nocte
Super lyra recumbens.
Iam rem tenes: abito.
Cornice reddidisti
Me iam loquaciorem.

Suprà, pag. 131, Dicunt mihi puel.

His vocibus procaces
Me fœminæ lacessunt,
Anacreon senex es,
Speclo intuere sumpto,
Nullæ vt tibi comæ sint,
Vt læuis insuper frons.
At nescio supersint,
An fluxerint capilli:
Sed id scio, decere
Ludos amœniores
Eo magis senem quo
Fatum magis propinquat.

Suprà, ibid. Quibus loquax, &c.

Quid vis tibi scelesta
Quid vis, hirundo fiat?
An vis capi volucres
Alas tibi vt recidam?
An linguam, vt ille Tereus,
Mauis metam nocentem?
Cur manè somnianti
Ista loquacitate
Mihi eripis puellam?

Suprà, pag. 133, Libet libet iam.
Libens libens amabo.
Amare Amor iubebat,
Sed ipse mente captus
Parere negligebam.
Hic ergo sumit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio lacessens.
At ipse verò tectus
Lorica, vt olim Achilles,
Hastáque parmuláque,
Audax repugno amori.
Ferox petit: recedo.
Exhausta vbi pharetra,
Ringit: dein seipsum
Immittit vt sagittam.
Mihíque soluit artus.
Et intimum subit cor,
Nil parmula tegente.
Nam cur foris petamur,
Quum prælium sit intus?
Suprà, pag. 135, Nil curo, &c.
Nil Sardium potentem
Curo Gygen, nec vllo
Amore tangor auri,
Nec æmulor tyrannis.
Perfusa curo barba
Nardo vt mihi nitescat.
Curo vt rosæ rubentes
Caput mihi coronent.
Id curo iam quod instat.
Cui nota crastina est lux?
Ergo bibas oportet,
Libans voces Lyæum,
Ludásque per serenum:
Ne fortè si occuparit

Morbus, neget bibendum.

Suprà, pag. 137, Thebana bel. &c.

Thebana dicis arma,
Troiana cantat ille:
Meas at ipse clades.
Me non eques, pedésve,
Non perdidere naues:
Quoddam nouum sed agmen
Ab acribus petens me
Et fascinans ocellis.

Suprà pag. 139. Torno mihi, &c.

Argenteum toreuma
Vulcane quæso nobis
Polito, non Gradiui
Quidem furentis arma:
(Quid curo præliari?)
Sed poculum peramplum,
Quantum potes profundum.
Cælata verò in illo
Nec plaustra sint, nec astra,
Nec Orion aquosus.
(Quid Pleiades moramur?
Quid astra item Bootæ?)
Fac vin am virentem,
Cum mitibus racemis.
Fac aureos prementes
Pulchrum simul Lyæum,
Cupidinem, Bathyllum.

Suprà, pag. 141. Fœcunda terra.

Terræ bibunt feraces,
Plantæ bibunt & illas.
Auras Thetis marina,
Et auras Thetin sol:
Bibítque luna solem.
Quid inter patis ergo
Me, dum bibo, sodales?

Suprà, pag. 143, Nioben ſtetiſſe.

Et Tantali ſilex ſtat
Propter Phrygum fluenta,
Pandioníſque nata
Volucris eſt hirundo.
Speculum forem ſed ipſe,
Quod ſemper intueris:
Veſtis forem decora,
Vt ſemper induas me.
O ſi latex perennis
Fiam, lauémque totam.
Te lux mea, vt linam, ſim
Nardus libens odora.
Sim faſcia & papillis,
Collo vnio decenti.
Plantíſque mollicellus
Sim calceus tenellis,
Vt ambulans teras me.

Suprà, pag. 145, Si prorogare vitã.

Si prorogare vitam
Mortalibus valeret,
Seruare nitar aurum:
Sumpto appetens vt auro
Me Parca præteriret.
Sin nemini liceri
Vitam licebit vnquam,
Quare laboro fruſtra,
Præoccupóque luctus?
Nam ſi mori neceſſe eſt,
Quid me iuuabit aurum?
Optamus ergo poſthac
Dulci madere vino
Cum commodis amicis,
Toróque molliore
Pulchram tenere Cyprin.

Suprà, pag. 149, Vt me ſubit, &c.

Simul ſubit Lyæus
Curæ graues quieſcunt,
Lætúſque canto, Crœſi
Ceu poſſidens talenta,
Et cuncta mente calco,
Iacens humi decorus
Nigris caput corymbis.
Armare, at ipſe poto.
Affer ſcyphum puer, da.
Nam præſtat ebrium me
Quam mortuum iacere.

Suprà, pag. 151, Agedum perite pi.

Age vero ſumme pictor
Roſeæ magiſter artis.
Agedum, meam puellam
Licet abiit illa pinge.
Ego te modum docebo.
Facito comam nigrantem,
Tenuíque crine mollem.
Syriúmque ſpiret illa,
Si cera poſſit, vnguen.
Nigricante ſub capillo,
Age frons abuſque primis
Niteat genis eburna.
Duplicem ſupercili arcum
Caue miſceas ſecéſve:
Coeant, ſed id latenter,
Veluti vides in illa.
Pilus hinc & hinc nigreſcat.
Facito igneos ocellos,
Vt habet Minerua, glaucos:
Venus alma, mollicellos.
Tyrio roſæ colore,
Niueóque lacte mixto,
Fieri genas oportet.

Facito labella Suadæ,
Quibus osculum lacessat:
Tenerum deinde mentum
Dominæ, & polita ceruix
Charites habeto circùm
Nitidas simul volantes.
Superest vt induatur
Tyria stola, pusillum
Cutis vt tamen patescat,
Reliquósque prodat artus.
Satis est: videre namque
Videor mihi. Euge, forsan
Etiam loquêre cera.

Suprà, pag. 155, Meos Bathyllum.

Mihi pinge sic Bathyllum
Veluti docebo pictor:
Facito comas decentes:
Color intus vt niger sit,
Rutilante parte summa.
Cincinnum inordinatis
Face liberum capillis,
Vt amant sinens iacere:
Supercili corona
Nigrior dracone frontem
Volo cingat hinc & inde,
Tenerámque roscidámque.
Oculum nigrum trucémque
Facito, & tamen serenum:
Habet illud à Gradiuo,
Habet istud à Cythere.
Dubia vt citetur hinc spes,
Pauidúsque terror illinc.
Gena verò more mali
Rosea induatur ipsi,
Tenui nouáque pube.
Et eam, vt potes, pudoris

Proprius rubor coloret.
Labra nescio vt tibi sint
Faciunda. sunto verò
Tenera, atque plena Suadæ.
Simul ipsa porrò cera
Taceat, simul loquatur.
At amplus esto vultus.
Sed eburna præteribam
Adonidísque colla.
Age Mercuri manus da,
Mediúmque pectus illi:
Pugilis femur Laconis,
Semeleiíque ventrem.
Mediam deinde pubem
Veneris rudem explica, iam
Venerem sed appetentem.
Tua at parum benigna ars,
Speciosiora quæ sunt
Vetat exhibere terga.
Quid opus pedes docere?
Pretium dabo quod optes.
Age Apollinem mihi istum
Aboleto, fac Bathyllum.
Fuerísque si profectus
Etiam Samum, fac ipso
Mihi Apollinem ex Bathyllo.

Suprà, pag. 159, Sine haustibus.

Merum merum Lyæi
Prolixius propina,
Furam furam libenter.
Furebat olim Orestes,
Alcmæon & furebat,
Vterque matre cæsa:
Qui nemi nem necaui,
Sed optimum Lyæi
Vinum bibi rubellum.

Furam furam lubenter.
Porrò Hercules furebat,
Quassans grauem pharetram,
Arcus & Iphitæos.
Nec non furebat Aiax,
Cum parmula vibrans &
Grauem Hectoris machæram.
Ego scyphum capacem
Habens, & hanc coronam
Arcu sine & machæra,
Furam furam libenter.

Suprà, pag. 163, Hirũdo tu quidẽ.

Dilecta tu quotannis
Quidem venis hirundo,
Struísque vere nidum.
Bruma sed is, latebras
Nilum petén sve Memphim.
At verò sæuus ille
Amor meo perennis
In corde nidulatur.
Hic pinnulas Cupido
Agit nouas, hic ouo
In ipso adhuc fouetur.
Iam seminatus ille est.
Proinde conqueruntur
Pulli & strepunt hiantes.
Atque interim minores
Fœtus alunt adulti:
Qui rursus educati
Gignunt nouos amores,
Nobis quid ergo fiet?
Clamore persequi tot
Cupidines nequimus.

Suprà, pag. 165, Ne cõspicata ea.

Ne me fuge, ô puella,
Canos videns capillos.

Ne vero quòd tuo flos
Aeui renidet ore,
Fastidias amantem.
Vide vel in coronis
Album rosæ implicatum
Vt lilium decens sit.

Suprà pag. 165, Hunc, ô puella, &c.

Hic, ô puer, iuuencus,
Mihi quidem vt videtur,
Est Iuppiter supremus:
Nam fœminam insidentem
Sidoniam vehítque
Tergo, secátque latum
Mare vngulis. nec vllus
Taurus gregem relinquat,
Tranaueritque pontum,
Ni Iuppiter sit ipse.

Suprà, pag. 167, Viden' vt ineunte.

Vide vt repente ver:
Charites rosis abundent.
Vide vt noti quiescant,
Placido & mari stet vnda.
Vide vt natent anates,
Redeant grues peregré.
Radiis Apollo puris
Nitet atque lustrat orbem,
Pepulítque nubium vmbras.
Hominum nitent labores,
Sola frugibus grauescunt,
Oliua parturit iam.
Bromii merum coronant.
Foliis vbique fœtus
Nitidis micátque ramis.

Suprà, pag. 169, Ego iam senex.

Ego senex quidem sum,
Sed plus bibo iuuencis.

Siquando verò salto,
Vtrem iuuat vibrare,
Fastidióque thyrsum.
Pugnare siquis optet,
Fas esto, præliator.
Cedo scyphum puer mi,
Et melle temperatum
Ac dulce funde vinum.
Ego senex quidem sum,
Saltabo verò vt olim
Silenus in popello.

Suprà, pag. 173, Inter rosas Cup.

Apem rosæ Cupido
Non cernit insidentem:
Incautus at feritur.
Manúque sauciata
Tenellus eiulauit.
Proinde quum decoram
Volasset ad Cytheren,
Heus óccidi, óccidi, inquit,
Mater, relinquo vitam:
Nam me pusillus anguis
Alas habens, momordit,
Apem vocant coloni.
At si (inquit illa) fili,
Apis perurit ictus,
Quantum putas laborent
Quos tu feris sagittis?

Supr. pag. 179, O ter quatérque.

Nimis es, cicada, fœlix,
Quòd arboris supremum,
Saturata rore pauco,
Vbi insides cacumen,
Dominæ in modum potentis
Modulare dulce carmen.
Tua nanque cuncta lætis

Ea quæ vides in agris,
Quicquid ferunt & horæ.
Amor es boni coloni,
Quia nil soles nocere.
Veneranda verò vates
Aestatis appetentis.
Volitas amata musis,
Volitas amata Phœbo:
Tibi qui dedit suauem
Liquidámque habere vocem.
Neque te senecta carpit,
Sapiens humóque nata,
Studióque læta cantus.
Minimè patens dolori,
Sine sanguine, ô cicada,
Similis ferè deis es.

Suprà, pag. 181. Videbar in quiete.

Mihi currere in quiete
Nuper videbar alas
Humeris gerens volucres,
Sed enim Cupido, plumbo
Pedibus licet grauatis,
Me prendit assecutus.
Sibi somnium quid hoc vult?
Ego sic quidem putaui,
Multis amoribus qui
Miser implicatus vror,
Aliis quidem resoluar,
Sed in hoc manebo vinctus.

Ibidem, Veneris maritus, &c.

Veneris maritus olim,
In Lemniis caminis
Ex ære fabricabat
Amoribus sagittas:
Venus ipsa verò melle
Bona cuspides linebat.

Sed eas Cupido felle
Puer eius imbuebat.
Ibi cum impetu Gradiuus
Validam vibrabat haſtam,
Et Amoris eleuabat
Leuiora tela ridens.
Grauis hæc tamen videtur,
Amor inquit, experire.
Iacit: excipítque Mauors,
Venus & ſub ipſa ridet.
Ibi Mars ſtatim ingemiſcens,
Grauis, inquit, aufer illam.
Tibi ſerua, ait Cupido.

Suprà, pag. 183, Et non amare du.

Graue non amare prorſus,
Graue rurſus eſt amare,
Graue ter quatérve amare,
Nec amoribus potiri.
Minimi genus putatur:
Sapiens iacet, probúſque:
Pretium intuentur vnum.
Pereat ſed ille primus
Pretium impius qui amauit.
Iubet abnegare fratres
Pretium, iubet parentes:
Ciet & cruenta bella.
Quod acerbius, perimus
Miſeri per hoc amantes.

Suprà, pag. 185, Iuuenis ſeníſque.

Amo ſenem venuſtum, &
Iuuenculum choreuten.
Verùm ſenex choreas
Plaudens, ſenis capillos,
Mentem gerit iuuenci.

Suprà, pag. 189, Mare ſenſit ergo.

Imitatur ergo pontum

Manus exprimítque cælo.
Furor artis ergo disco
Breuiore miscet vndam,
Maris in patente dorso
Igitur repertus est qui
Niueam Cyprin supernè
Tenerámque cælet ipsam
(Nimis in deos superbus)
Generis deûm parentem
Ita fingit iste nudam,
Vt aquis tegantur vna
Ea quæ nefas videri.
Placidis vagatur vndis,
Velutíque muscus albens
Nitet in mari sereno.
Ita fluctibus renidens
Mediis Venus natando
Trahit atque pellit vndam.
Roseas suprà papillas,
Ferè adusque molle collum,
Secat vnda vasta Cyprin.
Medio sed illa sulco,
Hyacintho vt implicatum
Bene lilium rubente,
Placido mari relucet.
Ibi cærulúsque Delphin
Agitat frequens choreas,
Sedet ipsiúsque dorso
Amor & Cupido, ridens
Hominum dolos vterque
Ibi piscium recuruus
Salientium chorúsque,
Paphiéque ludit alma,
Neque non natando ridet.

Suprà, pag. 195, Cum vere patre.

Variæ ferax coronæ

Cano ver rosámque vernam
Bone tu adiuua sodalis,
Rosa spiritus deorum,
Hominum rosa estvoluptas.
Vbi floridi tepescunt
Viridante vere amores,
Decus addit illa nymphis.
Rosa suauium Cytheres,
Rosa cura opúsque vatum, &
Decet ipsa planta musas.
Etiam asperis rosetis,
Licet irrito labore,
Iuuat admouere palmas.
Iuuat & subinde Amorum,
Vbi legeris, suauem
Manibus fouere florem.
Genialibúsque mensis,
Trietericísque Bacchi,
Rosa quæritur decora.
Sine flore quid fit illo?
Roseis relucet Eos
Digitis, color Cytheres
Roseus: nitent lacertis
Roseis vbique Nymphæ.
Medicatur hic & ægris,
Neque mortuos relinquit.
Violénsque vincit æuum.
Senium rosæ venustum
Retinet iuuentæ odorem.
Age proferamus ortum.
Vbi spumeis ab vndis,
Genitalibúsque quondam
Venus editur profundi,
Iupitérque bellicosam
Cerebro parit Mineruam:
Sola tunc rosæ superbum

Etiam edidere germen.
Nouus inclytúsque fœtus.
Chorus hîc deûm beatus,
Rosa fiat vt venusta,
Vbi nectare imbuisset,
Ita nobilem excitauit,
Rigido exeriens rubeto
Fruticem tuum Lyæe.

Suprà, pag. 199, Iuuenũ frequens.

Iuuenes ego alloquebar
Pedetentim: at illa venit,
Vbi vidit alloquentem.
Ego tunc ego in choream
Propero senex volucris.
Ego iam, mane Cybelle,
Age da mihi coronam.
Procul esto nunc senectus:
Genium volo choreis
Celebrare cum iuuencis,
Iuuenis repentè tactus.
Aliquis mihi liquorem
Properato ferre dulcem
Grauida Lyæi ab vua,
Videat senis vigorem:
Loqui adhuc quidem valentis,
Bibere & probè scientis,
Furere & simul venustè.

Ibidem, Equi solent,

Equi solent inustum
Coxis habere signum,
Notescit & tiara
Parthus sua notatus:
Statim sed ipse quenuis
Nosco videns amantem.
In corde nanque signum
Quoddam gerit pusillum.

BACCHYLIDIS VIta, ex Lilii Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarum historia.

Nunc iam igitur vobis de vltimo inter lyricos Bacchylide agam. Fuit autem, vt Strabo ait, fratris Simonidis filius, ex Iulide Cææ insulę ciuitate: ex qua etiam Simonides, vt paulo antè diximus. Facit me dubium Lutatius grammaticus, ita in septimo Thebaidos Statiane scribēs, Alcmena, inquit, ciuitas est Bœotiæ, in qua regnauit Herculis filius. hinc Bacchylides Gręcus poeta fuit, quem imitatus est Horati⁹. Quid nūc super hoc statuam, non habeo, quando hic ipse grammaticus mendosissimus legitur. Octogesima verò prima, vt apud Eusebium notatum est, Olympiade floruit. Milonē patrē habuit, vt Pindari expositores tradunt: id quod & Grǽco carmine cōprobatum inueni. quo fit vt illos falli putem qui corrupta Suidæ exēplaria secuti, Medonē Bacchylidis patrem dixere. Milon quippe patrem habuit Bacchylidis nomine, qui inter athletas haud ignobilis fuit, de cuius (id est aui) nomine poeta nūcupatus. Scribit Plutarchus in libello De exilio, in Pelopōneso carmina composuisse. Celebrat verò Bacchylidis hymnos qui apopemptici dicūtur, Menander Gręcus rhetor. Sunt autē apopēptici hymni, ab aliquib⁹ apodemptici vocati, qui dei cuiuspiam peregrinationem continent:

de quibus primo dialogo plura vobis retuli. Extat, *quod sciā,* Bacchylidis *carmē inter Græca epigrāmata, antiqua venere insignitū.* Scribit Porphyrion *quòd* Bacchylidē *imitatus est* Horatius *cùm alicubi, tū præcipuè in ea ode cuius hoc est initiū,* Pastor quum traheret per freta nauibus. *qua poeta* Nereum *Proteum vaticinantē inducit, at verò* Bacchylides Cassandram. Iulianum Cæsarē *scriptum reliquit.* Ammianus Marcellinus *adeo* Bacchylidis *carminibus delectatum, vt & viuēdi præcepta ab eo desumpserit: vt illud de castitate. Quū enim apud hunc poetā legisset, vt egregius pictor vultum speciosum effingit, ita pudicitia celsius consurgentem vitam exornat.** Scribunt Pindari *interpretes in* Pythiis, Bacchylidis *poemata apud* Hieronem Pindaricis *esse prælata.* Porro *tres* AElianus Bacchylidis *nomine fuisse memoriæ prodidit: primum, hunc ipsum lyricū, alterum* Athenienſem, *tertium* Arcadium.

ΒΑΚΧΥΛΙ-δου μέλη.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΣΤΟΒΑΙΩ, ἐν τῷ περὶ εἰρήνης λόγῳ, καὶ παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ τοῦ Νουμᾶ βίῳ. Ἐκ τοῦ Βακχυλίδου παιάνων.

Τίκτει δὲ θνατοῖσιν εἰρήνα μεγάλα
Πλοῦτον, καὶ μελιγλώσσων ἀοιδᾶν ἄνθεα·
Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσιν αἴθεται βοῶν
Ξανθᾷ φλογὶ μηρία, τῶν δ' ἀπείχων τε μήλων·
Γυμνασίων τε νέοις αὐλῶν τε καὶ κώμων μέλει.
Ἐν δὲ σιδαροδέτοισιν πόρπαξιν αἰθᾶν ἀράχναν
Ἱστοὶ πέλονται· ἔγχεά τε λογχωτά,
Ξίφεά τ' ἀμφάκεα εὐρὼς δάμναται·
χαλκέων·

BACCHYLIdis carmina.

APVD STOBAEVM IN tractatu de pace, & apud Plutarchũ in uita Numæ. Ex Bacchylidis Pæanibus.

Parit autem mortalibus Pax [dea] magna
Diuitias, & carminum flores ex mellitis linguis [prodeuntium]
Arísque super affabrefactis, dijs incenduntur
Fulua flamma femora boum, lanigerarúmque ouium.
Gymnasijque iuuenes & tibias & comessationes curæ habent.
At in reuinctis ferro clypeis nigrorum aranearum
Telæ sunt: hastásque cuspidatas
Et enses ancipites ærugo consumit:
ærearúmque

Οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος, οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος
Ἀπὸ βλεφάρων ἀμὸς, ὃς θάλπει κέαρ.
Συμποσίων δ' ἐρατῶν βρίθοντ' ἀγυιαί,
Παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται.

ΠΑΡΑ τοῦ αὐτοῦ Στοβαίῳ, ἐν τῷ Ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα. Ἐκ τῶν Βακχυλίδου Προσῳδίων.

Εἷς ὅρος, μία βροτοῖσιν ἐστὶν εὐτυχίας ὁδὸς,
Θυμὸν εἴ τις ἔχων ἀπενθῆ δύναται διατελεῖν βίον.
Οἷς δὲ μυρία μὲν ἀμφιπολεῖ φρενὶ, τὸ δὲ
Παρόμαρ τε νύκτα μελλόντων χάριν
Ἄπτεται κέαρ, ἄκαρπον ἔχει πόνον.

Non amplius tubarũ clangor, neque ſubripitur mellitus ſomnus
A palpebris, noſtrum qui fouet cor.
Sed amabilibus conuiuiis onuſti ſunt uici,
Amatoriique hymni reſplendent.

APVD *eundem* Stobæũ, *in tractatu,* Quòd *fortiter ferendæ ſint quæ accidunt.* Ex Bacchylidis Proſodiis.

Vnus terminus, una mortalibus eſt felicitatis uia,
Animum ſi quis habens doloris expertem, poſſit tranſigere uitam.
Cui uerò infinita obuerſãtur mẽti,
Totúmque diem & noctem de futuris
Angitur cor, inutilem ſuſtinet laborem.

Sic interpretando lego ᾧ pro οἷς, & τὸ δὲ πᾶν ἦμάρ τε καὶ νύκτα, item δάπτεται.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας λόγῳ. Ἐκ τῶν Βακχυλίδου ἐπινικίων.

Ὄλβιος ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορεν,
Σύν τ' ἐπιζήλῳ τύχᾳ ἀφνεὸν βιοτὰν διάγειν.
Οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντ' εὐδαίμων ἔφυ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ ἀδικίας καὶ φιλαργυρείας λόγῳ, ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπινικίων.

Ὡς δ' ἅπαξ εἰπεῖν, φρένα καὶ πυκινὰν κέρδος ἀνθρώπω βιᾶται.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ ἀληθείας λόγῳ. Ἐκ τῶν τοῦ Βακχυλίδου ὑπορχημάτων.

Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν, ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ' ἐλέγχει ἀλάθεια.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ πένθους, ἐκ τῶν τοῦ Βακχυλίδου ὕμνων.

Αἲ αἲ τέκος, ἀμέτεροι μεῖζον ἢ πενθεῖν

Apud eundem, in tract. De felicitate. Ex Bacchylidis epinicais.

Beatus cui Deus portionem bonorum dedit,
Cúmque fortuna optabili uitam opulentam transigere.
Neque enim quisquam hominum per omnia beatus est.

Apud eundem, in tract. de iniustitia & auaritia. Ex iisdem epinicais.

Vt autem semel dicam, menti hominis etiam prudenti lucrū uim affert.

Apud eundem, in tractatu De ueritate. Ex Bacchylidis hyporchematibus.

Lydius enim lapis index est auri, hominum autem uirtutem sapiétia & omnipotens ueritas arguit.

Apud eundem, in tractatu De luctu Ex Bacchylidis hymnis.

Heu heu fili nostrum maius luctu

Ἐφαίη κακὸν ἀφθέγκτοισιν ἴσον.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩ,

Δειπνοσοφ. βιβλ. β.

Γλυκεῖ' ἀνάγκη σευομένα κυλίκων θάλπησι θυμὸν Κύπριδος, ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας ἀναμιγνυμένα Διονυσίοισι δώροις, ἀνδράσι δ' ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας· αὐτὸς μὲν πόλεων κρήδεμνον λύει, πᾶσι δ' ἀνθρώποις μοναρχήσειν δοκεῖ· χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε μαρμαίρουσιν οἶκοι, πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα νῆες ἄγουσιν ἀπ' Αἰγύπτου μέγιστον πλοῦτον, ὥς πίνοντος ὁρμαίνει κέαρ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Δειπνοσοφ. βιβ. δ.

Ἔστη δ' ἐπὶ λάϊνον οὐδὸν,
(Τοὶ δὲ θοίνας ἔντυνον) ὧδέ τ' ἔφασκ',
Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας εὐό-
χθους
Ἐσέρχονται δίκαιοι φῶτες.

Emersit malum, ineffabilibus æquale.

APVD ATHENAEVM, Dipnosoph. lib. II.

Dulcis necessitas Veneris erumpens ex poculis fouet animum, & spes concutit mentem quum immisceatur Bacchicis *donis, hominibúsque altissimè proiicit curas. Ipse [animus] urbium mœnia expugnat, omniúmque hominum se monarcham fore putat: quinetiam auro & ebore renidens ædes, & tritico onustæ naues splendidas ab* AEgypto *deuehūt diuitias amplissimas, ut bibentis cor imaginatur.*

Apud eundem, Dipnos. lib. III.

Stetit autem super saxeo limine, (Illi uerò epulum parabant) sicque dixit.

Sponte sua ad bonorum conuiuia opulenta
Accedunt iusti uiri.

Ὁ αὐτὸς Δειπνοσοφ. βιβλ. ια, Μνημονεύει δὲ (φησὶ) τῶν Βοιωτικῶν σκύφων Βακχυλίδης ἐν τούτοις, ποιούμενος τὸν λόγον πρὸς τοὺς Διοσκούρους, καλῶν αὐτοὺς ἐπὶ ξένια.

Οὐ βοῶν πάρεστι σώματ', οὔτε χρυσός, οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής, μοῦσά τε γλυκεῖα, καὶ Βοιωτίοισιν ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδύς.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, Δειπνοσοφ. βιβλ. ιε, ἐκ τῶν Βακχυλίδου ἐρωτικῶν.

Εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι τοῖς δὲ τοῖσι νεανίαις, λευκὸν ἀντείνασα πῆχυν.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΠΛΟΥΤΑΡΧῼ, ἐν τῷ πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Φάσωμεν πισὸν κῦδος ἔχειν ἀρετάν· πλοῦτος δὲ καὶ δειλοῖσιν ἀνθρώπων ὁμιλεῖ.

Idem Dipnosoph. libr. XI, Mentionem (inquit) Bœoticorũ scyphorum facit hîc Bacchylides compellans Dioscuros, & eos ad hospitium inuitans.

Non adsunt boum corpora, neque aurum, neque purpurei tapetes: sed animus beneuolus, musáque dulcis & Bœoticis in scyphis uinum suaue.

Apud eundem Dipnosoph. lib. 15, ex Bacchylidis amatoriis.

Quum aptè inflectendo cubitum, iacit his adolescentibus, candidum extendens brachium.

APVD PLVTARCHVM in libello De modo audiendorũ à iuuene poematum.

Dicamus uirtutem habere fidam gloriam: at opes uersantur etiam apud ignauos homines.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΤΩ Αλικαρνασεῖ, ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, καὶ παρ' Ἀθηναίῳ Δειπνοσοφ. βιβλ. ιδʹ.

Οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι.

ΚΛΗΜΗΣ Ο ΑΛΕΞΑΝδρεὺς Στρωματίων λόγῳ εʹ, Ἀκούσωμεν οὖν πάλιν (φησί) Βακχυλίδου τοῦ μελοποιοῦ περὶ τοῦ θείου λέγοντος,

Οἱ μὲν ἀδμῆτες ἀεὶ καὶ λίαν νούσων εἰσὶ, καὶ ἀναίτιοι, οὐδὲν ἀνθρώποις ἴκελοι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Στρωμ. λογ. εʹ.

Παῦροισι δὲ θνητῶν τὸν ἅπαντα χρόνον τῷ δαίμονι δῶκε περιάσσον-

APVD DIONYSIVM HALICARNASSEŪ, in libro De structura uerborum: & apud Athenæum, Dipnos. lib. XIIII.

Non est sessionis hoc opus, neque dilationis: sed oportet ad Itoniæ aurea ægide insignis templum affabrefactum profectos festiuum aliquid proferre.

CLEMENS ALEXANDRINUS Strom. libr. V. Audiamus igitur rursum (inquit) Bacchylidem de deo dicentem,

Illi quidem non domantur morbis fœdis: culpáque uacant, nullo modo hominibus similes.

In hac interpretatione lego ἀεικελίων pro ἀεὶ καὶ λίαν. Sed & vox ἀναίτιοι mihi suspecta est.

Apud eundem. Strom. lib. VI.

Paucis autem mortalium concessum est à numine ut bene rem ge-

τας, ἐν καιρῷ πολιοκρόταφον γῆρας ἱκνεῖσθαι, πρὶν ἐγκύρσαι δύαις.

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον προλεγομένοις.

Συνέβη δὲ Ἱέρωνα τὸν Γέλωνος ἀδελφὸν νικήσαντα καὶ τὴν ΟΗ ὀλυμπιάδα, ἐν ταύτῃ τελευτῆσαι. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ νικῶντος ἵππου, Φερένικός ἐστι. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Βακχυλίδης, γράφων οὕτως,

Ξανθότριχα μὲν Φερένικον Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν πῶλον ἀελλοδρόμον νικήσαντα.

Ἐκ τῶν εἰς τὸν αὐτὸν Πίνδαρον σχολίων.

Πρόθυρον πόντου καὶ θύραν εἰώθασι καλεῖν τὴν Κόρινθον, διὰ τὸ ἀρχὴν ἢ τέλος εἶναι τῆς Πελοποννήσου τὸν Ἰσθμόν· πρόθυρον δὲ τοῖς εἰς Πελοπόννησον ἐρχομένοις. Βακχυλίδης,

rentes, maturè ad cana tempora induantem senectutē perueniāt, priusquā incidāt in calamitates.

IN PROLEGOMENIS in Pindarum.

Accidit autem ut Hieron Gelonis frater, quum uicisset etiā 78 Olympiadē, in hac diem suum obiret. Nomen autem uictoris equi est Pherenicus. Meminit uerò eius Bacchylides, scribens ita,

Flauipilum quidem Pherenicum iuxta Alpheum latifluum, equum procellas cursu æquantem, uictoria potitum.

Ex scholijs in eundem Pindarum.

Πρόθυρον igitur [id est uestibulū] & θύραν [id est ianuam] solent appellare Corinthū, quòd initiū aut extremitas Pelopōnesi sit Isthmus: uestibulum autem in Peloponnesum proficiscentibus. Bacchylides,

Ω Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεόδματοι πύλαι.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩνιον τὸν Ῥόδιον σχολίων.

Ἑκάτα δᾳδοφόρου Νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΗΦΑΙστίωνι.

Ω Περίκλειτε δ' ἄλλ' ἀγνοεῖν μὲν οὔ σ' ἔλπομαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Η καλὸς Θεόκριτος οὐ μόνος ἀνθρώπων ὁρᾷ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Σὺ δ' ἐν χιτῶνι μόνῳ παρὰ τὴν φίλην γυναῖκα φεύγεις.

O diuinitus ædificatæ portæ insulæ splendidæ Pelopis.

EX SCHOLIIS IN A- pollonium Rhodium.

Hecate tædiferæ Noctis magnum habentis sinum filia.

APVD HEPHAE- stionem.

O Periclete cætera autem ignoraturum te non spero.

Apud eundem.

Sanè pulcher Theocritus non solus hominum uidet.

Apud eundem.

Tu autem in sola tunica ad amicam mulierem fugis.

SIMONIDIS VITA ex Lilii Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarũ hiſt.

Fuit verò Simonides poſt Steſichorũ: id quod & Athenæus oſtendere nititur, quum quis primus πίγματα dixerit inquirit. ibi enim Simonidis verſus quoſdã affert, in quibus de Steſichoro fit mẽtio. Ab Euſebius eadem ſimul ætate vixiſſe ſcribit. alij poſt Ibycum: quod obſeruauimus apud eos qui in Apollonium cõmentaria collegere. Suidas Simonidẽ ait LVI Olympiade floruiſſe: alij LXII ſcripſere, & perueniſſe vſque ad LXXVIII. Fuerit vtcunque, illud certè à multis eſt traditũ, nouem lyricos poetas ſi non eadem ætate fuiſſe, non multo certè tempore inter ſe diſtãtes. Fuit ergo Simonides Leoprepis filius, vt Herodotus ſcribit: vt alii, Theoprepis. vtrũque eſt apud Suidam, nec ſemel, legere. Fuiſſe verò dicitur aſpectu fœdo & deformi (id quod illi obiecit Themiſtocles) patria Iulites, ab vrbe Ceæ inſulæ. cognominatus item Melicertes à cantus ſuauitate. Literas verò lõgas & duplices reperiſſe à Græcis quibuſdam dicitur. at noſter Plinius has tãtum quatuor ait inueniſſe, η, ω, ζ, ψ. Dorica in ſcribẽdis verſibus vſus eſt lingua. Cambyſæ & Darij regnum, & Xerxis nauale prælium deſcripſit. cuius rei apud Suidam & in cõmentarijs in Apolloniũ mẽtionem nõnunquam factam videmus. Item præliũ illud quod ad Artemiſium promõtorium cõmiſſum eſt, verſu elego cõpoſuit: quod verò ad

Salaminem factum est, lyrico carmine executus est. Scripsit & threnos, hoc est nenias, vel lacrymas. Horati⁹, Ceæ retractes munera næniæ. Et *Catullus* Mœstius lacrymis Simonideis. *quanquã propter affectum & reticẽtiã locus hic Catulli parum lucidè à grãmaticis explanatur. Cõposuit item laudes, hoc est encomia, & epigrammata: quorum adhuc pleraque legũtur, vt illud in* Megisteum *vatem Acarnanem ex* Melãpodis *genere, cuius &* Herodotus *meminit. interitum enim* Megisteus Leonide *& sociorum suique ipsius prædixit: quare constructo ei ab Amphictyonibus tumulo,* Simonides *ob mutuam hominis familiaritatem carmen composuit.*

Statim pòst,

Scripsit & pæanas & tragœdias. His addit & Strabo *Deliacorum dithyrambũ, quẽ* Memnon *inscripsit. addit &* Herodotus *laudes in* Eualcidem Eretriorum *ducẽ:* Griphis *quoque & id genus poematis delectatus. Duo utique eiusmodi extant epigrammata, quæ in medium affert* Chamæleon, *alterum quidẽ de hirco & delphine, alterũ de asello qui per lusum* Epeus *dict⁹ est. quæ nisi ab eo ipso explicarẽtur, minus profecto intelligerentur. Inter longæuos uero connumeratur: nonagesimũ enim annũ excessisse scribit in* Microbiis *Lucianus,* Suidas *nonagesimũ nonũ.* Eusebius *in Simonidis ætate inconstans esse videtur. Proditũ est à* Valerio Maximo *octagesimo illũ anno (vel potius nonagesimo legendũ) carmina docuisse, & in eorũ certamen descendisse magna etiã cum voluptate: idque se*

nouisse scribit Valerius ex ipsius Simonidis poematis. Senex etiã Simonides interrogatus quãdiu vixisset, Parũ, inquit, at annos multos. Autor Stobæus. Dijs certè Simonidem gratum fuisse, ex ijs quæ Cicero & Valerius tradũt colligimus. Quũ enim naufragum quẽdam in littore proiectum vidisset, & miseratione motus eũ humasset, moneri se per somnum visus est, ne crastino nauem conscenderet. Postridie igitur haud nauem conscẽdit: cæteri spreto hominis cõsilio quũ soluissẽt, eo spectãte, naufragio periere. quare lætus Simonides quòd somno vitam seruasset, tanti beneficij memoriam elegãtissimo carmine æternitati consecrauit. Nõ minus mirũ uidetur id quod ab iisdẽ simul & Fabio traditur. Quũ enim Cranone (quod Thessaliæ oppidum est) apud Scopã amicũ & diuitem cœnaret, carmẽnque cantasset quo Scopam quidẽ ipsum laudarat, sed, ita ut fit, in Castorum laudes diuerterat, tum Scopas iratus dixit Simonidi, Eius dimidiũ quod dare pactus fueram, à Tyndaridis petas. Fabius inter autores magnã esse dissensionem ostendit: nam non Scopam quidam, sed Glaucũ Carystiũ, alij Leocratẽ dicũt, alij Agatharchum. ipsúmq; cœnaculũ non Scopæ, sed Pharsali cuiusdam. quã rem & Simonides ipse quodam suorum carminũ loco monstrauit. Igitur postquam ille negauerat præmium, nuntiatum est duos ad ianuã iuuenes adstitisse qui Simonidem uocarẽt: ad quos quũ exiuisset, repentè tricliniũ corruisse, conuiuásque omnes & ministros ruina elisisse: iuuenes qui ad ostium adstiterãt, nusquam amplius uisos. quare

Tyndaridas illos fuisse creditum est. quod licet fabulosum Fabius putet, tūc primùm tamen idē ipse & alii complures scriptores memoriæ artem existimāt Simonidem excogitasse, in collisorum videlicet discernendis cadaueribus. excelluit enim memoria Simonides: quam quidam comparasse arbitrantur quibusdam epotis medicamentis: quod Ammianus Marcellinus scribit.

Statim pòst,

Simonidem etiam quidam volunt, primum induxisse breuem loquendi modum, quem ex re Græci μικρολογίαν nuncupāt. Versatus verò est Simonides diu in Sicilia, quod ex Xenophontis dialogo De tyrānide planè compertum est. Sed & Theocritus poeta idem innuit in Charitum poemate, & eius ibi interpretes.

Paulo pòst,

Ob auaritiā à Pindaro etiam & Callimacho taxatur Simonides: id quod & Pindari commentatores obseruāt. Hinc & in auaros & sordidos simul & callidos adagionē factū legimus, cuius Aristophanes & Suidas meminere, Σιμωνίδου μέλη, hoc est, Simonidis carmina seu cātica, varia scilicet & malæ artis. is enim primus in poeticā, astutiā & quæstū induxit. quin & ipse κίμβιξ à Chamæleone ea de causa vocatur, qua dictione Græci pecuniæ auidū significāt. Idē & apud Athenæū legitur.

Paulo pòst,

Interrogatū verò ab Hierone Simonidem scribit Cicero quid aut qualis esset Deus, diē vnā postulasse ad deliberandū, postridie autem biduum, atque sic pariter dein-

ceps duplicasse numerum: quamobrem miratus Hieron, quaesiuit quid ita faceret. tum Simonidem respondisse, quo id diutius consideraret, eo sibi rem videri obscuriorem. Simonidem ipsum praeterea, cum Pausania Lacedaemonio aliquando in conuiuio quum esset, ab eo rogatum legimus ut graue aliquid & sapientia refertum diceret: tum Simonidem risisse, Memento inquit, quod homo es, hoc est, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν.

Paulo pòst,

Tantę insuper auctoritatis habitus est, ut à summis viris celebretur. Nam & Xenophon, Attica illa Musa, libellũ de tyrannide, Simonide & Hierone interlocutoribus fecit. Plato in Protagora, &c.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ περὶ τῆς τοῦ Σιμωνίδου μελῶν γνώμη.

Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις (καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου) τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος παθητικῶς.

QVINTILIANI DE *Simonidis carminibus elogium.*

Simonides, tenuis alioqui sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest. praecipua tamen eius in commouenda miseratione uirtus: ut quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis authoribus praeferant.

DIONYSII HALICARNASSEI *de iisdem sententia.*

Simonidis autem obserua delectum uerborum, & accuratam orationis structurā. Hoc praeterea *(qua in re praestantior etiam Pindaro comperitur) quòd commiserationem moueat non magnificè, ut ille, sed cum affectibus.*

Sic interpretando, lego μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ

μέλη.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Ο ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΥΣ ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, Ἔστι δὲ ἡ διὰ πελάγους φερομένη Δανάη τὰς ἑαυτῆς ἀποδυρομένη τύχας, [παρὰ τῷ Σιμωνίδῃ διὰ τούτων,]

ΟΤΕ λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος βρέμῃ πνέων, κινηθεῖσα δὲ λίμνα δείματι ἔρειπεν, οὔτ' ἀδιάντοισι παρειαῖς ἀμφί τε Πέρσεϊ βάλλε φίλαν χέρα, εἶπέν τε, ὦ τέκνον, οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ ἤτορι κνώσσεις ἐν ἀτερπεῖ δώματι, χαλκεογόμφῳ δὲ, νυκτιλαμπεῖ, κυανέῳ τε δνόφῳ· σὺ δ' αὐαλέαν ὕπερθε τεᾶν κόμαν βαθεῖαν παριόντος κύματος οὐκ ἀλέγεις, οὐδ' ἀνέμου φθόγγων, πορφυρέᾳ κείμενος ἐν χλανίδι πρόσωπον καλόν. εἰ δέ τοι δεινὸν τό-

SIMONIDIS carmina.

DIONYSIVS HALICARnasseus in libro De structura uerborum, Est (inquit) Danaë, dum per mare fertur, suas deplorans calamitates [apud Simonidem, his uerbis.]

QVum in arca affabrefacta uentus fremeret spirans, commotáque palus prae horrore concideret, madidis genis, Perseo admouit charam manum, dixítque, O fili quantis angustiis premor: tu uerò lacteo pectore dormis in tristi domo, & clauis ferreis compacta, [&] noctu lucida, atráque caligine. Tu porrò siccam supra tuã caesariem praetereuntem fluctum non curas, nec uenti sonos, purpurea in tunicula conditam habens faciem pulchram. At si á te periculum

δεινὸν ἦν, καί κεν ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας. κέλομαι, εὗδε βρέφος, εὑδέτω δὲ πόντος, εὑδέτω ἄμετρον κακόν. ματαιοβουλία δέ τις φανείη, Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο, ὅτι δὴ θαρσαλέον ἔπος εὔχομαι τεκνόφι δίκας μοί.

ΠΑΡΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙ ΤΩ
Ἀλεξανδρεῖ, Στρωμ. βιβλ. γ.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ,
Δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι,
Τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως,
Καὶ τὸ τέταρτον, συνηβᾶν μετὰ τῶν
φίλων.

graue esse indicaretur, ut certè graue est, saltē meis uerbis minutā supponeres auriculā. Iubeo, dormi infans, dormiat & mare, dormiat & immensum malū. Cæterū [hoc] inane quoddā consilium fuisse reperiatur, Iupiter pater, per te, siquidē (quod audacter dictum sit) opto filij opera, pœnas mihi [dari.]

APVD CLEMENTEM
Alexandrinum, Strom. lib. III.

Bene ualere præstantissimum est uiro mortali,
Secundum autem, pulchrum indole esse,
Tertium uerò, diuitem esse nō dolosè,
Quartum, pubertate frui unà cum amicis.

Hæc carmina citat etiam Plato in Gorgia, citat & Athenæus lib. 15, in ea parte libri quæ in vulgatis codicibus

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Στρωμ. βιβ. δ.

Ἔστι τις λόγος τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν. οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος. ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ, ἵκητ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩ
Δειπνοσοφ. βιβλ. δ.

Ὡς δουρὶ πάντας νικᾷς νέους,
Δινάεντα βαλὼν ἄναυρον ὕπερ
Πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ.

desideratur. vterque autem scolium ea vult esse, sed neuter authoris nomen profert.

Apud eundē, Strom. lib. IIII.

*Est quaedam fama uirtutem habitare in rupibus difficilem ascensum habentibus, nunc uerò illam * uelocem locum castum obire. Nec uerò omnium mortalium oculis aspectabilis [est.] cui non sudor animum mordēs deintus uenerit, non peruenire possit ad summitatem fortitudinis.*

APVD ATHENAEVM.

Dipnosoph. lib. IIII.

Vt hasta omnes superauerit iuuenes,
Vorticosū iaculatus ultra torrētē,
Racemis abundante ab Iolco.

Sic interpretando lego νίκασε νέους pro νικᾷς ἐνιούς.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, βιβλ. ια.

Δίδωσι δ' εὖτέ σ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς, ἔτικτε δ' Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαν θυγατέρων ταὶ ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται Πελειάδες οὐράνιαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, βιβλ. ιβ.

Τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ θνατῶν βίος ποθεινὸς, ἢ ποία τυραννίς; τᾶς δ' ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπνοσοφ. βιβλ. ιγ.

Πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩνιον τὸν Ῥόδιον σχολίων.

Σχέτλιε παῖ δολόμηδες, Ἀφροδίτα τὸν Ἄρει δολομαχάνῳ τέκεν.

Apud eundem, lib. XI.

★ quando Mercurius certaminum praeses Maiae pulcherrimae filius, peperit autem Atlas septem uiolaceum capillitium habentium sororum praestantissimam forma, quae uocãtur Pleiades caelestes.

Apud eundem lib. XII.

Quae enim absque uoluptate uita mortalium optabilis, aut quod regnum? absque hac, ne uita quidem deorum concupiscenda debeat.

Apud eundem, Dipnosoph. lib. XIII.

Purpureo ex ore uocem emittens uirgo.

EX SCHOLIIS IN Apollonium Rhodium.

Saeuiste puer mali cogitator, quẽ Venus Mercurio fraudum machinatori peperit.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΥΡΙΠΙ-δην σχολίων.

Τὸ δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν βιάζεται.

Ἐκ τῶν αὐτῶν.

Ὅτι Μήδεια ἐβασίλευσε Κορίνθου Σιμωνίδης ἱστορεῖ, λέγων οὕτω,

Οὐδὲ κατ' εἰς Κόρινθον, οὐ Μαγνησίαν ναῖεν, ἀλόχου δ' Κολχίδος συνάστεος, Θεράνου Λεχαίου τ' ἄνασσε.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΣΟΦΟ-κλέα σχολίων.

Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκ ἔτ' ἄρρεκτον ἔσται.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΣΤΟΒΑΙΩ, ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου λόγῳ, ὅτι βραχὺς καὶ ἄτ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Οὐδὲ γὰρ οἱ πρότερόν ποτ' ἐπέλοντο,
Θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων ἐγένοντο υἷες
Ἡμίθεοι, ἄπονον οὐδὲ ἄφθιτον
Οὐδ' ἀκίνδυνον βίον ἐς γῆρας ἐξί-

EX SCHOLIIS IN Euripidem.

Opinio ueritati quoq; uim affert.

Ex ijsdem.

Medeam regnum Corinthi obtinuisse Simonides narrat, his uerbis, Neque Corinthum neque Magnesiam habitabat, sed easdẽ quas & uxor Colchis urbes incolens, Thrano & Lechæo regnabat.

EX SCHOLIIS IN Sophoclem.

Quod enim factum est, nõ amplius infectum erit.

APVD STOBAEVM IN tractatu de uitæ breuitate & uil. &c.

Neque enim ij qui superiori seculo extiterunt,
Et deorũ dominatorũ nati sũt filij,
Semidei, laborum experte & exitij,
Periculisque carente uita ad sene-

κοντο τελέσαντες.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Ὅτι ἀβέβαιος ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐπραξία, ἐκ τῶν Σιμωνίδου θρήνων.

Ἄνθρωπος ἐὼν μήποτε φήσῃς ὅ, τι γίνεται,
Μηδ' ἄνδρα ἰδὼν, ὅσσον χρόνον ἔσσεται.
Ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μύας
Οὕτως ἁ μετάστασις.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῇ συγκρίσει ζωῆς καὶ θανάτου.

Βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχύς· κρυφθεὶς δὲ
Ὑπὸ γῆς κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΠΛΟΥΤΑΡχῳ, ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλώνιον παραμυθητικῷ.

Ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρακτοι δὲ μελεδόνες, αἰῶνι δὲ παύρῳ πόνος ἀμφὶ πόνῳ· ὁ δ' ἄφυκτος

ætatem peruenerunt trāſacta.

Apud eundem, in tractatu De inſtabilitate felicitatis humanæ, ex Simonidis Threnis.

Homo exiſtens ne unquam dixeris quid futurum ſit:
Neque hominem intuitus, quandiu permanſurus ſit.
Celer enim ne muſcæ quidem alas expandentis
Eſt adeo mutatio.

Apud eundem in Comparatione uitæ & mortis.

Vitæ enim tēpus eſt breue: at abſconditus
Sub terra iacet mortalis in æternum.

APVD PLVTARCHVM in Conſolatoria oratione ad Apollonium.

Hominum exiguæ uires, & irritæ cogitationes & in uita breui labor ſuper laborem. Immutabilis au

ὁμῶς ἐπικρέμαται θάνατος. κείνου γὰρ ἴσον λάχον μέρος οἵ τ' ἀγαθοὶ, ὅστις τε κακός.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ αὐτόθι.

Τὸ, τι πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν, οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα. τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη, στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

Ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ.

Ὥσπερ γὰρ ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν, ξανθὸν

tem pariter imminet mors. illius enim æqualem portionem sortiuntur & probi & improbi.

Apud eundem, ibidem.

Nam longitudo aut breuitas [tẽporis] nihil differre uidentur, ad infinitum seculũ respicientibus. Si quidem mille atque adeo decies mille anni, secundum Simonidem, punctum sunt quoddam quod circũscribi non potest, uel potius pars quædam breuissima puncti.

Apud eundem, in lib. De modo dignoscendi adulatoris ab amico.

Quemadmodum Simonides equorum nutritionem ait non comitari lecythum, sed arua frumentifera.

Apud eundem, in lib. De cognoscendo cuique suo circa uirtutem profectu.

Vt enim apem inter flores uersari dicat, Simonides, flauum

μένι μηδομένων.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, καὶ ἐν τῷ τοῦ Τιμολέοντος βίῳ.

Πάσαισι κορυδαλλῆσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Συμποσ. η.

Νηνεμία γὰρ, ἡ χῶδες, καὶ γαλήνη. καὶ τοὐναντίον, ὡς Σιμωνίδης φησίν.

Οὐδὲ γὰρ ἐνοσίφυλλος ἀήτα τότε ὦρτο ἀνέμων, ἅτις κατεκώλυε σκιδναμένα μελιαδέα γῆρυν ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ Θησέως βίῳ.

Ο δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκόν φησιν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον, ὑγρῷ πεφυρμένον πρινὸς ἄνθει ἐριθάλλου· καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιήσασθαι σημεῖον. ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδης Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμωνίδης.

mel rimantem.

Apud eundem, in lib. De capien-*da ex inimicis utilitate, & in* Timoleontis *uita.*

Omnibus galeritis necesse est cristam ingenitam esse, secundum Simonidem.

Apud eundem, Sympos. VIII.

Nam dum silent uenti, serenúmque est cælum, sonus clarê auditur, & contrà, sicut Simonides *ait.* Neque *enim foliorum agitator flatus uentorum tunc excitatus erat, qui dũ dispergeretur, impediebat quominus mellita uox applicaretur auribus mortalium.*

Apud eundem in Thesei *uita.*

At Simonides *non album uelum fuisse dicit ab* AEgeo *traditum, sed puniceum molli permixtum*
flore egregiê frondentis: & hoc salutis eorũ posuisse signum. Gubernatorem autem nauis erat Amarsydas Phereclus, *ut ait* Simonides.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗ,

ἐν τῷ Περὶ τοῦ παραφθέγματος.

Κἀπεί σε ἀνήρ τις Σιμωνίδου ἀμείψεται, Ὤνθρωπε κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γῆς ἐκείνων.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Ἁ μοῦσα γὰρ οὐκ ἀπόρως γεύει τὸ παρὸν μόνον, ἀλλ' ἐπέρχεται πάντα θεριζομένη.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Μή με καταπαύετ', ἐπείπερ ἤρξατο πρωνοτάτων μελέων ὁ καλλιβόας πολύχορδος αὐλός.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΠΛΑΤΩΝΙ

ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ.

Λέγει γάρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν τὸν Κρέοντος υἱὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου

APVD ARISTIDEM, IN oratione De intempestiuo dicto.

Deinde tibi uir aliquis Simonideus respõdebit, O homo iaces, uiuens adhuc, magis quàm illi qui sunt sub terra.

Apud eundem, ibidem.

Musa enim non per inopiam degustat quod adest tãtùm, sed omnia metens.

Apud eundem, ibidem.

Ne me desistere iubeatis, quoniam incœpit iucundissimorum carminum pulchrè sonora multichorda tibia.

APVD PLATONEM IN Protagora, Ex interpretatione Marsilii Ficini.

Dicit enim alicubi Simonides ad Scopam Creõtis Thessalici filium, difficile esse uirum uerè bonũ fieri, manibus pedibúsque & mente

πιτυγμένοι.

Καὶ μετὰ ταῦτα εὐθὺς,

Οἶσθα οὖν, ἔφη, ὅτι προϊόντος τοῦ ᾄσματος λέγει που, οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται, καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον, χαλεπὸν φάτο ἐσθλὸν ἔμμεναι.

Καὶ μετά τινα,

Ἐπεὶ ὅτι γε Σιμωνίδης οὐ λέγει τὸ χαλεπὸν κακὸν, μέγα τεκμήριόν ἐστιν εὐθὺς τὸ μετὰ τοῦτο ῥῆμα. λέγει γὰρ ὅτι θεὸς ἂν μόνος ἔχοι τοῦτο τὸ γέρας.

Καὶ μετά τινα,

Ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον διεξέλθωμεν, καὶ τὴν βούλησιν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἔλεγχός ἐστι τοῦ Πιττακείου ῥήματος διὰ παντὸς τοῦ ᾄσματος. λέγει γὰρ μετὰ τοῦτο ὀλίγα διελθὼν ὡσανεὶ λέγοι λόγον, ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν, χαλεπὸν ἀληθέως, οἷόν τε μέντοι ἐπί γε χρόνον τινα· γενόμενον δὲ διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει, καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν, ὡς σὺ λέγεις ὦ Πιττακὲ, ἀδύ-

non adamussim quadratis.

